fitebuntur tibi Numquid narrabit aliquis
sepulcro misericordiam tuam et veritatem tuam
in perditione Numquid cognoscentur in te
nebris mirabilia tua et iusticia tua in terra
oblivionis Et ego ad te domine clamavi et
mane oratio mea preveniet te Ut quid domine
repellis orationem meam avertis faciem tuam
a me Pauper sum ego et in laboribus a iuven
tute mea exaltatus autem humiliatus sum
et conturbatus In me transierunt ire tue
et terrores tui conturbaverunt me Circum
dederunt me sicut aqua tota die circumdede
runt me simul Elongasti a me amicum
et proximum et notos meos a miseria Ps
Misericordias domini in eter
num cantabo In generatione et gene
rationem annuntiabo veritatem tuam
in ore meo Quoniam dixisti in eternum misericordia edifi
cabitur in celis preparabitur veritas tua in eis
Disposui testamentum electis meis iuravi
David servo meo usque in eternum preparabo se
men tuum Et edificabo in generatione
et generationem sedem tuam Confite